

pios laqueos ignis & sulphur, &c. Quod ad-  
ditur, PLUIT A IEHOVA E COE-  
LIS: significat, tempestatem non fuisse  
naturalem, sed diuinitus per angelos,  
nullis causis secundis, cum Sol in ortu  
positus esset serenus, repente (& vt di-  
citur Thren. 4. 6.) in momento, è caelo, id  
est, è media aeris regione fuisse super ci-  
uitates deiectam. Fama historiae etiam  
ad Ethnicos emanauit. Solinus enim  
cap. 48. & Tacitus lib. 21. vrbes illas ful-  
mine caelitus tactas conflagrasse scri-  
pserunt Fallitur autem Strabo scribens, B

tredecim ciuitates igne ex cauernis ter-  
rae tunc erumpente periisse, & Sodo-  
mam metropolim adhuc sexaginta sta-  
diorum ambitum seruare. Sic mundus  
horribile hoc Dei iudicium voluit elu-  
dere.

III. Quibus hæc pœna sit irrogata, doce-  
tur: SVPER SEDOM ET SVPER  
GOMORA. Non hæc duæ solum ciui-  
tates conflagrarunt, sed & aliæ vicinæ  
Adama & Seboim, vt expresse dicitur  
Deuter. 29. vers. 23. vbi Deus apostatis à  
sua lege atque idololatriis minatur simi-  
lem subuersionem, qualis quatuor ciui-  
tatum fuerat. Exemplum hoc iudicii  
sui Deus repetit Ose. 11. vers. 8. & Amos  
4. vers. 11. &c. Quinta Zoar data fuit  
precibus Loti pro asylo. Theodoretus &  
Lyra putant postea absorptam: & Sa-  
pient. 10. 6. incendium dicitur demis-  
sum super quinque ciuitates: Hierony-  
mus tamen testatur, suo tempore adhuc  
stetisse inter mare mortuum & mon-  
tem Engaddi, &c. Porro absorptæ sunt D  
non modo ciuitates, sed & omnes in-  
colæ earum, & germina terræ: Nec  
quærendum, quid infantes & pecora  
peccauerint, quæ vnà perierant. Fuit se-  
men maledictum & execrabile. Ideo  
Deus iuste omnes perdidit.

IV. Qualis pœ-  
na Sodomo-  
rum fuerit.

Qualis denique pœna fuerit, notatur  
v. 25 subuersionis nomine: Supplicium  
aliquanto etiam horrendius ipso dilu-  
uio statuere in istis Deus voluit. Nam in

diluuiio perierunt quidem animantia o-  
mnia cum hominibus: terra vero aquis  
liberata & restituta tandem fuit. At hic  
non solum ciuitates cum incolis omni-  
bus pluuiâ ignea absumptæ, sed & vniuer-  
sa regio subuersa fuit atque mutata in sta-  
gnum bituminosum, sulphur in hunc  
vsq; diem fædissime exhalans. Ita pœnæ  
huius monumentum hodie adhuc du-  
rat, atque in locis illis visitur. Stagnum  
illud recipit atque absorbet aquas Ior-  
danis, vocaturque in Scripturis *mare mor-  
tuum*, quia nihil vitale gignit, aut tole-  
rat: item, *mare campestre*, quia ibi est, vbi  
prius spatiosissimus campus & planicies  
amœnissima fuerat: item *mare salsum*,  
quia ex salsa sulphurea & ignea pluuiâ  
exortum est: Denique *mare solitudinis*,  
quia post deflagrationem circa illud ni-  
hil est, nisi horribilis solitudo, animalibus  
& hominibus inaccessa. Quantitas  
lacus illius à Plinio describitur longitu-  
dine 1000000. passuum, latitudine  
25000. passuum. Sed verius Iosephus  
lib. 5. c. 5. de bello Iud. *longitudo dicitur esse  
580 stadiorum, latitudo 150 stadiorū*. Quod  
etiam germina dicuntur periisse, signifi-  
catur horrenda vastitas & sterilitas, vbi  
prius fuerat amœnissimus paradysus. De  
hoc etiam testatur Solinus c. 48. & Tacitus  
lib. 21. poma quidem illic gigni, quæ  
habeant maturitatis speciem, mandu-  
cari non posse propter fuliginem intus  
fauillaceam, quæ vel leui tactu pressa  
fumum exhalet atque fatiscat in vagum  
puluerem. Iosephus quoque lib. 5. de bello  
Iud. scribit, ibi reliquias diuini ignis ad-  
huc cerni, renascentes in fructibus cine-  
res. Nam colore quidem dicit & specie  
aliorum fructuum esse persimiles, tactu  
vero in carpentium manibus resolui in  
fumum ac cinerem.

Horrendum id Dei iudicium Scri-  
ptura multoties nobis ob oculos ponit,  
tanquam primum summumque seueri-  
tatis & atrocitatis suppliciorum exem-  
plum: Cùm enim Deus significare vult,  
se gen-

Mare mor-  
tuum, sal-  
sum, de ser-  
campestre.

Egypti  
Terre Ap-  
Aug. de C.  
D. l. 1. 1. 1.

aliquam gra-  
excitatur  
Sicut fecit S  
Deut. 29. Iefa. 1. 8  
Sophon. 2.  
exemplar sup-  
impiorum.  
Gen. 19. in ciner-  
exemplum con-  
Et Iudas  
partim a ci-  
atque atri pen-  
igitur Da  
peccata, & a  
omnis, vt reli-  
sicut So  
Iefa. 1. ver-  
RESPEXIT A  
ETRO EVM.  
Sodomz o-  
colibus immil-  
postereunda,  
oculis, vt ir-  
secimus se c-  
quod vix  
allegatur i-  
ad frenandar  
Comprimis il-  
Christus minatur  
futurum in e-  
alibus exemplis  
Dei oblatam secu-  
de peccat  
in fugate  
conuersa  
arinet, leu-  
Katoxepit vt mi-  
cerneret: h  
doluit. Itan-  
enim ratio n  
com-  
factum, quod  
& morte  
De hoc vero fu  
Nunciam  
extemis actib